

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum IV. Ex parte.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

ficia in manus Capituli resignare,  
ante consecrationem.

**N**otandum primò. Si Clericus, qui in beneficio pro Præpositura jus prætendere potest, ejus possessori reverentiam exhibeat, quæ Præposito debetur, juri suo renuntiare celeretur. Quam ob rem cauti sunt adtores, & procuratores eorum, ut beneficij possessorem, vel intratum, contra quem actio est, non absolutè vocent Præpositum, aut Parochum (ne id fateri videantur) idque afferit Parochum &c.

Notandum secundò. Si Capitulum habeat jus eligendi Decanum, vel Præpositum, tunc Decanus, vel Præpositus, postquam electus fuit in Episcopum, renuntiatione in manibus Capituli, & liberam facultatem dare alium eligendi, saltem specie isto jure. Cùm enim Præpositura, vel Decanatus ejus non vacet ante consecrationem, idque per renuntiationem vacat. Ita Abbas hic in fine contra Joann. And. n. 5. aquiecid in Germania observant, sicuti dixi de præbendis.

#### CAPITULUM IV.

##### Ex parte.

##### PARAPHRASIS.

Archiepiscopus Rothomagensis proposuit Canonis suis, ut cum ipso pro restauranda Ecclesia Cathedrali aliquam redditum portionem tam pio, & necessario operi singuli deputaret, quo in tractatu varie fuerunt Canonicorum sententiae; cum autem ea res ab Archiepiscopo relata esset Innocentio III. is hic respondet, si aliqui contradixerint ijs, quæ ab Archiepiscopo, & majore, ac seniori Capituli parte statuta sunt, postposita contradictione, quid sententia plurium firmata debet obtinere.

##### SUMMARIUM.

Major & Senior pars Capituli cum suo Episcopo, etiam de redditibus singulo-

rum diminuendis in restauracionem necessariam fabricæ statuere potest,

quamvis minor pars contradicat.

2. Quando decisiō hujus Capituli in alijs causis locum habeat.

**N**otandum. Major & Senior pars Capituli cum Episcopo, seu Prælato statuere potest, etiam contradicente parte minore, ut ex mensa capitulari cum diminutione redditum singulorum Canonicorum portio aliqua depuretur pro Ecclesiæ restauranda fabrica. Ita intelligit Antonius de Barrio hic. Ratio dari debet, quia est communio inter Ecclesiam materiale & Ecclesiam quasi formalem, quam Episcopus una cum Capitulo constituit; adeò quidem, ut secundum primævam beneficiorum institutionem proventum dividì debeant, ita, ut portio una proveniat mensa Episcopali, altera mensa capitulari, tercia Ecclesiæ fabricæ, quarta Pauperibus. Nam hæc celeretur fuisse fundatorum voluntas, ut ex largis eorum donationibus his omnibus videlicet fabricæ, Prælato, ministris Ecclesiæ, atque pauperibus provisum sit, consequenter si una pars harum, v. g. Ecclesiæ fabrica indiget, & ex alijs partibus videlicet Episcopi, & Capituli commode afferri possit subsidium, charitatis, & communionis, lex ipsaque primæva bonorum Ecclesiasticorum institutio id postulare videtur. Num autem necessaria talis adsit, cui per hunc modum subveniri commode possit, ad Episcopum, & Capitulum pertinet, decernere, ita ut minor pars majoris sententiam sequi teneatur; immo si evidens sit, capitularem mensam abundantare, Ecclesiæ autem fabricam necessitatem pati, tunc Episcopus Capitulum etiam compellere poterit ad subveniendum, quandoquidem ad hoc de jure obligatur, prout hic Abbas notavit in fine Capituli, & sumitur ex c. 1. & c. de hss: de Ecclesiæ adificandis &c.

Sed quæstio est, utrum hujus Capituli decisiō locum etiam habeat in alijs pijs, ac necessarijs operibus, si, v. g. Episcopo, atque majori parti Capituli videatur Clericorum

corum Seminarium erigendum , atque ex singulorum Canonorum Ecclesiasticis provenientibus aliquid contribuendum ? Pro negativa constitutionis parte est regula recepta , quod major pars universitatis rebus , aut juribus singulorum , vel cum præjudicio singulorum statuere non potest , nisi omnes consentiant argum. *L. per fundum 11 ff. de servitibus rusticorum prædiorum.* Et tradit *Gl. recepta in c. cum omnes 8. de constitutionibus*, Nihilominus affirmantem partem tenent *Innoc. And. & Abbas hic.* Ubi singulariter tradunt , quod major pars universitatis , seu Collegij decernere possit cum præjudicio , seu diminutione juris singulorum , si singuli jus illud non participent , ut proprium , ac singulare , sed ut jus Ecclesiæ , alteriusque universitatis. Quæ est probabilis resolutio , secundum quam dicendum , quod pars major , & senior comunitatis , universitatis &c. pacisci , aut transfigere possit circa jus , v.g. pascend. aut ligna cædendi ad universitatem , v.g. oppidum spectans , ita , ut singuli oppide eo jure in proprium commodum gaudescant cum non sit jus singulorum , sed jus comunitatis , licet usus , aut fruitio singulorum sit. Ita similiter jus percipiendi rotus beneficiae principaliter pertinet ad Capitulum , seu Ecclesiam , licet secundum usum , & fruitionem partes , ac portions divisæ , & attributæ sint singulis. Necarium tamen est , ut dispositio , aut datum tale fiat propter necessitatem , aut utilitatem Ecclesiæ ; utilitas enim necessaria equiparatur. Sin autem fiat propter alioquin pio , sed extraneo fine ad Ecclesiam illam non multum pertinente , aut sine necessitatibus ratione , tunc pars minor , vel cuius se opponere , & impedit potest , pretendendo proprium , seu singulare prædicium.

## T I T U L U S XII.

## UT ECCLESIASTICA BENEFICIA SINE DIMINUTIONE CONFERANTUR.



Um in superioribus titulis dictum sit de beneficijs Ecclesiasticis , eorumque collationibus , & num fieri possint Sede vacante , an Prælatus collationes facere possit sine Capitulo , & quomodo Capitulum conferre , vel alia Ecclesiastica tractare debat , annexitur huc alia Canonica doctrina , quod Ecclesiastica beneficia purè , integrè & sine diminutione conferenda sint.

## CAPITULUM VNICVM.

## Ut nostrum.

## PARAPHRASIS.

Relatum fuerat Innocentio III. quod Cancellaria Mediolanensis Ecclesiæ ultra an-

num vacat , & id est ad Sedem Romanam collatio devoluta sit: quare mandavit , ut certæ personæ conferentes cum autem Archiepiscopos varia , in contraria replicaret , caufam ad se avocavit Papa , & cum coram ipso tam procurator Archiepiscopi , tum H. Cœcilius , cui idem Archiepiscopus occidit Cancellariam contulit , tum telles constituti essent , narratum fuit , quod dicitur H. Archiepiscopus sigillum tradidit post alterum mandatum Pape , sive tecum avocationem. Ea propter Pontificem causam quibusdam delegavit sub forma , ut si cognoverint , sigillum fuisse traditum post causam avocationem , traditionem irritam pronuntient. Scilicet potest in c. *Ut nostrum* scilicet appellatur